




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-537663-p0001-8

DFG







DISPUTATIO INAUGURALIS  
**CAUTÍONE DE**  
NON OFFENDENDO,  
*Quam*  
Divino adjutus auxilio,  
AUTHORITATE ET DECRETO  
*Magnifici, Amplissimi & Consultissimi*  
*JCtorum Ordinis,*  
In Inclyta & Celeberrima  
RAURACORUM ACADEMIA,  
*Pro*  
SUMMIS IN UTRÒQUE JVRE  
Honoribus & Privilegiis Doctoralibus  
rité solenniterque obtainendis,  
*Aa' diem Anno M DC LXXXVII.*  
Publico Eruditorum Examini submittit  
**GOTTOFRED. LINDNERVS**  
Lipsiensis.  
Loco Horisque consuetis.



---

BASILEÆ TYPIS JACOBI BERTSCHI.



THEsis I.

Ractaturus de cautione de non offendendo, meritò de cautionis materia, cùm latè pateat, & per universum jus diffusa sit, in genere aliquid præmittam, & postea ad speciem cautionis de non offendendo revertar. Non enim omnes uno modo cavent, alii satisdare coguntur, alii pignoribus, alii jurato tantùm promittunt, alii nudæ suæ promissioni relinquuntur. Nunc videamus, quid sit cautio & quotplex. Cautio igitur in genere accepta, est satisfactio, per quam Creditorem vel adversarium secundum reddimus, *Frantz. ad tit. ff. qui satisdare coguntur n. 3.* & dividitur in satisfactionem in specie sic dictam, pignoris constitutionem & promissionem.

II.

Satisfactio, est cautio, quæ fit datis fidejussoribus. Quotiescumque enim in jure nostro satisfactio exigitur, fidejussores requiri videntur, *l. 21. § fin. ff. de constit. pecun. l. 7. ff. de prætor. stipul.* Pignoris constitutio, vel cautio pignoratitia fit vel possessione rei oppignoratae translata in eum qui cautionem desiderat, vel sine ea, manente nempe apud eum, à quo desideratur cautio; prius pignus in specie, posterius hypotheca dicitur, *l. 9. §. 2. ff. de pignor. act. §. 7. inst. de action.* Tandem promissio vel cautio promissoria fit vel nudis stipulationis verbis, & dicitur simplex *l. 6. 1. ff. de verbor. sign. vel juramento, l. fin. ff. qui satisdare coguntur.* Hæ duæ posteriores voce cautionis simpliciter posita intelliguntur. *l. 3. C. de verb. & rer. signif.* Porro cautio est vel conventionalis & voluntaria, quæ fit ex partium conventione *l. 7. & 8. ff. qui satisdar. cog. l. 10. ff. rem*

rat haberi vel legalis & necessaria, quæ à lege vel magistratu imponitur, qualis est: De sistendo, l. i. ff. si quis in ius vocat. De non offendendo Bart. in l. 6. §. 2. ff. de officio Praesidis. De expensis & similes. Hæc iterum est vel Prætoria, vel Civilis, judicialis & extrajudicialis. Tandem cautiones respiciunt vel personas litigantes, vel rem seu item ipsam. Illæ sunt cautio judicio sisti, & rem ratam haberi: hæc judicatum solvi.

### III.

Præmissis his generalibus, transeamus ad ipsam speciem, cautionem de non offendendo, cuius, cum in omni, præcipue verò juris disciplina, rerum quidem potior, verborum autem prior sit habenda ratio l. i. princ. ff. de just. & jur. prius nominis notationem, variasque ejus significationes paucis attingam, quam ad ipsius rei tractationem descendam, secutus subtilissimum Labeonem, quem eâ scientiâ præcipue ad enodandos plerosq; juris laqueos usum fuisse refert Gellius l. 13. Noct. Attic. c. 10.

### IV.

Cautionis autem vox descendit à verbo caveo, & propriè significat diligenter sibi prospicere, consulere, vel curare ut aliquid fiat, vel non fiat. Homonymiam vocabuli cautionis quod concernit, varia quidem ejus & multiplex prostat significatio, modò enim significat obligationis instrumentum l. 47. §. 1. ff. de pact. modò formulam aut verborum conceptionem l. 5. §. 1. ff. de administr. & peric. tutor. deinde Apocham seu quittantiam, l. 32. §. 1. ff. eod. alibi hac voce denotatur nuda re promissio, l. 3. C. de verb. signif. & l. 24. ff. de pecun. constit. significat epistolam. l. 11. C. de testam. sumitur pro consideratione, quam Judex in judicando adhibere debet: hoc etiam verbo promissionem contineri putat Alcia. in C. qui pecunia n. 34. si certum petatur. Deinde simplicem confessionem significare, docet Alber. citans l. 53. ff. de manumiss. testam. Cautio

in



vel magi-  
f. si quis in  
ff. de officio  
est vel Prä-  
Tandem  
el rem seu  
rem ratam  
  
ipsam spe-  
s, cùm in  
uidem po-  
l. i. primi ff.  
asque ejus  
is rei per-  
n Labeo-  
plerosq;  
Attic. c. 10.  
  
aveo, &  
ulere, vel  
iam vo-  
n ejus &  
ficat ob-  
formu-  
ministr. &  
2. §. 1. ff.  
, l. 3. C. de  
istolam.  
m Judex  
promis-  
34. sicer-  
signifi-  
. Cautio  
in

in constitut. Honorii & Arcadii in l. 13. C. de fide test. accipitur pro providentia vel provisione Calvin. in Lex. Porrò ejus nomine appellatur omnis generis scriptura, quā quis alterum obligando aut se liberando sibi prospicit, l. 15. §. 1. & l. 20. ff. de pignor. l. 27 ff. depos. vel contra. Plura videri poslunt in disp. Dn. Lauterbach. de cautione rati. Hic autem denotat securitatem juxta l. 3. ff. de verb. signif. quo sensu etiam accipitur apud Pomponium l. plus cau- tioni 25 ff. de diversis regulis juris: ibi: plus ait cautionis in re quam in persona, ubi & Accursius & P. Decius interpre tantur cautionem, securitatem.

V.

Circa Synonymiam occurrit, quod cautio quandoq; appelletur Syngrapha vel Chirographa. Sic etiam Tertullianus & Salvianus hanc cautionis vocem usurpant, & Seneca l. 7. de benefic. cap. 10. Cautiones Syngraphas appella: Video istis diplomata & Syngraphas & cautiones, va- cua habendi simulacula. Alibi appellatur cautela, l. 15. §. 1. ff. de procurat. ibi: duplice cautela interponenda. & l. 14. §. de- positi: ibi: cautela ideonea reddenda & l. 6 ff de pignorat. a- ction. Imo etiam sub nomine satisfactionis eandem ef- ferri invenimus, in l. 19. & 35. de contrah. empt. l. 52. ff. de solut. l. 5. §. pen. ff. de trib. action. & l. 6. ff. quibus modis pig. ibi: item liberatur pignus, sive solutum est debitum sive eo nomine satisfactum, & §. 1. Ergo satisfecisse prodest: quia sibi imputare debet Creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis. Sed multas adhuc vocis hujus afferre pos sem significationes, quas cum Lexicographi examus sim exaniment, lubenter linquo.

VI.

Vocem offendere quod attinet, derivatur à verbo ob- soletō fendo, & quidam volunt, hoc verbum significare, offenditionem vel lassionem accipere ex aliqua re in ali quam corporis partem, inter quos est. Spigel. in Lexico.

A 3

Sed



Sed rectius cum Calvinus dicimus, hoc verbum significare aliquem dicto vel facto lādere, & eo modo ejus iracundiam provocare, sic etiam accipitur in l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. & hæc significatio est hujus loci.

VII.

Exposita definitione nominali, ad rem ipsam pro-gredimur. Describimus autem ex usu fori cautionem de non offendendo, quod sit legitimum præsidium, quod per officium judicis, justè cimenti datur. Decius in l. 39. n. 2. ff. de Reg. jur. Daniel Moller. l. 3. Semestr. cap. 29. num. 3. Bartol. in l. illicit. §. ne potentiores ff. de offic. præsid. Carp. part. 4. Const. 15. def. 8.

VIII.

Cautio autem de non offendendo pro diversitate & causarum & legum, super quibus fundatur, in quadruplici est differentia, Bart. in l. 6. §. 2. ff. de officio Præsid. n. 3. & ex eo Gail. l. 1. de pace publica c. 2. n. 9. Mindan. demandat. l. 2. cap. 35. vel enim petitur securitas præstari à re rei, juxta tit. ff. de damno infecto. & tit. de aqua & aqua pluvia arcenda. Ubi videmus eum, qui damnum vel ostensionem ex vicini ædibus aut tecto aut opere timet, posse adire prætorem & rogare, ut vicinus sub idonea cautione ad damnum avertendum, illudve nisi refecerit, ad damnum exinde ortum, resarcendum compellatur: Et tunc prætor aut judex debet adstringere partes, dominum nempe, bonæ fidei possessorem, vasallum, emphyteuticarium, usufructuarium, superficiarium, creditorem pignoratitium, illis, quorum periculo res est, ut domino, superficiario, inquilino, creditori hypothecario, & generaliter omnibus, qui de calumnia juraverunt, præstent cautionem, ratione damni infecti, quod veretur ex vitiø ædium, loci, operis, in civitate vel extra illam. Secundò præstatur securitas à re personæ: ut si ædes alicujus minentur ruinam, & periculum sit, ne hominem opprimant: Et licet

signific.  
o ejus ira.  
5. §. 3. ff. de  
osam pro-  
cautionem  
um, quod  
us in l. 39.  
9. num. 3.  
id. Carp.  
rsitate &  
adrupli-  
d. n. 3. 0  
mandat.  
rei, jux-  
plavis  
fensio-  
sse ad-  
tutione  
d dam-  
Et tunc  
ninum  
hyteu-  
itorem  
omino,  
& ge-  
ræstent  
ex virtio  
secundò  
ninien-  
anc: Et  
licet

licet quidam putent, de hujusmodi præstatione jure non caveri, per rationem, quod non debeat per eam domum transiri: tamen quia saepe propter situm loci necessariò ante eas ædes pertransendum, & nulla alia invenitur via, illis, qui per istum locum pertransire & præterveherent, rectè cavebitur. *Mindan. loco antecit. n. 9.* Tertiò petitur præstari cautio à persona rei. *l. 9. C. de transact.* Ut si aliquis vim vel offensionem timeat in possessione, potest implorare officium judicis, & tunc judex prospicere debet, ne quis molestetur in possessione, & detur cautio de futura tranquillitate. *Joan. Sichard. ad dict. l. 9. C. de transact.* *Bartol. in l. qui bona 13. §. 3. ff. de damno infect.* Quartò, petitur securitas præstari à persona personæ ex *l. 6. §. 2. ff. de officio præsid.* quâ lege cautum est, ne alter alterum opprimat aut iniquè offendat: Et hæc est hujus loci.

## IX.

Delineatā ita paucis tractatione generali, justo ordine ad specialem pedem, movemus, occupatam circa causas hanc ipsam cautionem constituentes, & circa effectus exinde proiectos. Sed primùm consideranda nobis venit causa efficiens cautionis de non offendendo, quæ est vel remota vel proxima. Causa efficiens remota est, modo Princeps vel lex à Principe lata, ut *l. 6. §. 2. ff. de offic. Præs.* *l. 5. C. de his qui ad Ecclesiam*, *l. 6. cùm l. sequenti ff. quod metus causal. 4. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.* *l. 9. C. de transact.* ne *l. 6. C. de quod cum eo.* Modo constitutiones seu statuta locorum hinc inde approbata, ut *Constit. Crimin. Car. V. Imper. art. 176. ibi:* Soll dieselbe unglaubhafte böse Person in Gefängnus/ als lang/ bis die nacherkanntnus desselben Gerichts/ genugsame Caution, Sicherung und bestand für solche unrechtlische thätliche Handlung thut / durch die Schöppfen rechtlich erkant werden. Modo novum statutum & in genere legislatoris dispositio. Deinde etiam omni jure

jure, Naturali, Gentium, Civili & Canonico fundatum  
est, ne alter alterum vi opprimat aut iniquè offendat.

X.

Causa efficiens proxima Cautionis de non offendendo, est judex, minitantem ad hujus cautionis præstationem adstringens, & hoc peculiare est, quòd judex non solum ad partium instantiam, sed etiam ex officio, quando nempe videt imminere periculum, ne partes se invicem offendant, non petentes & invitatos, si ita sibi videbitur necessarium, ad cavendum cogere possit, *Clar. in pract. quest. 7. n. 3. Anton. Gomez. de delictis c. 8. n. 10.* quanquam alias judex officium suum impertiri non solet, nisi de super imploratus, *l. 4. §. 8. ff. de damno infecto*, & regulariter Interpretes tradunt, quòd cautio tum demùm præstanda sit, si ab adversario petita fuerit, *per l. 2. §. 1. ff. quod Legator. ibi: non ergo offerre debet satisfactionem; sed petenti satis, moram non facere*: quod latius & pluribus exequitur *Decius Consil. 607. n. 2 & 3.* Quia tamen utilitas vertitur publica in hac cautionis specie, & judici hoc peculiare munus incumbit, in tranquillitate subditos servare *l. 13. ff. de off. præf. l. 1. ff. de offic. præf. urbis & Bartol. in l. 4. ff. de damn. infect.* & hoc eò maximè, si inimicitia corrixantium esset Reipublicæ scandalosa, siquidem in eo casu omnino cogendi sunt ad concordiam, *argum. l. 21. §. 1. ff. de captiv. & postl. Bartol. & Paul. in l. 6. ff. de his qui notant infam.* Imò qui judicandi munus habet, potest alterum rixantium prohibere, ne per compita domumve alterius pertranseat, *Alber. in l. fin. ff. de interd. & releg. Dec. in l. fin. de edict. divi Adrian. toll.* & seriosè id scribit *Lancelot. in l. 15. C. de pactis.* est etiam textus ad id præstantissimus in *l. 13. ff. de offic. præsid.* ibique Doctores definiunt, judicem posse corrixanti præcipere, ne per certos fines incedat, sic etiam respondit *Joan. Andreas post Guid. de Suza, in aadit. ad Spec. in tit. de pignor. §. sequitur. versic. quid timeo.* Et teste Iasone

Jasone in l. 14. ff. de re judic. n. 27. judex potest præcipere, ne alter rixantium domum exeat, eo maximè in casu, si timeat, ne partes ad arma veniant: Siquidem judex scandala, rixasq; inter oppidanos cives, aliosq; suæ jurisdictionis subditos, deviare summa ope tenetur, atque prohibere, nearma deferant, ratione loci temporisvè, *Petr. à Placa in epitom, delict. l. 1. cap. 7. n. 3.*

### XI.

Ex his itaque constat, judicem posse cogere partes, ex officio, etiam non petentes, & invitatos ad præstandam cautionem de non offendendo; Hoc tamen non ex abrupto, parte non citata & sine causæ cognitione facere potest, quia imò aliqualis causæ cognitio præcedere debet, cum homines cogere ad fide jubendum & cavendum sit quid onerosum, l. 2. ff. de judic. Bart. in l. 6. §. 2 ff. de offic. præf. Cum & æquitatis ratio non suadeat, ut quis invitus injurianti, ante criminis condemnationem & prioris offensionis punitionem, parcere ac offensionem remittere cogatur, nisi in interiori animi judicio Bald. in l. 12. §. 12 ff. de offic. præf. urb. Igitur omnino aliqualis causæ cognitio, & partis offensæ satisfactione præcedere debet, antequam quis cogi possit ad præstandam hanc cautionem: Nisi periculum sit in mora aut ne pars, de qua timetur, aufugiat, vel etiam notoriæ essent inimicitiae & causæ, propter quas convenit providere cum cautionibus, aut generaliter, si judex videt, quod, adhibendo causæ cognitionem, detur occasio rixæ.

### XII.

His & similibus casibus, non est prohibitum judici partes ad cavendum cogere, nulla præcedente citatione vel causæ cognitione, post Hercul. Prosper. Farinac. quest. 107. n. 19. Clar. in pract. q. 47. § final. Imò judex compellere potest reos ad præstandam hanc cautionem, per multam, per captionem pignorum, per capturam, per bannum seu exilium, per carcerationem, aliisq; poenis, judicis arbitrio infligendis,

B

gendis,

gendis, juxta facti & personarum qualitatem, *Prosper. Farinac.* q. 107. n. 12. *Meron. de fide* q. 107. n. 4. & 5. *Fachin. consil.* 78. n. 24. quemadmodum de Belgio testatur *Christin. Com. in leg. Municipal. Mechl. tit. 4. art. 2. n. 2.* Dicens in vincula conji-ciendum esse, qui securitatem petenti dare renuit. Id etiam servatur in Francia, uti tradunt *Joannes Papa. in consuet. Burbo. ibid. & Aymo tit. des assuremens art. 3.* Et Bayard. testatur hoc ipsum etiam in Italia servari q. 47. n. 22.

### XIII.

Nunc ratio ordinis desiderat, ut personas quæ hanc cautionem præstare debent, & quibus præstatur considere-mus: Adstringuntur autem ad hanc cautionem præstan-dam, qui atroces evomuerunt minas, alterique tali modo minati sunt, ut justam timendi causam habeat, de quibus etiam constat, quod non in nudis comminationum verbis subsistant, sed minas suas exequi soliti sint, qui que tales sint, ut de eis multum timeri possit, *Gail. l. I. Observ. 4. Menoch. de Arbitr. judic. quest. 140. Wehner. Pract. Observ. verb. befehdend.* Vel ubi alia justi timoris causa adest, *Christin. dec. 89. n. 7. Gail. l. I. observ. 4.* Si autem is, qui minatus est, solummodo verbosus & jaetabundus esset, & minas suas exequi non so-litus sit, tunc non adest justi timoris causa, & cessante causa cessat effectus, itaque tali in casu non opus erit cautione de non offendendo, non raro enim verus est ille verficus: Sæpè minus faciunt homines, qui magna minantur. Et ele-gantissimè *Paling. Poeta lib. 4. de Zodiac. vita hum.*

*Infirmi & timidi est nimirum multa minari,  
Verbaq; fæmineæ vires, sunt facta virorum  
Et l. 4 ff. si cui plusquam per leg. Falcid. impotentis minæ di-cuntur elusoriæ.*

### XIV.

Non tamen propterea omnes minæ sunt contemnen-dæ: Sed si verba à minitatore emissa sint revera minitoria, sine dubio cautionem de non offendendo præstare debet, adversa-

adversarioque petente etiam pro filiis, aliisque descendentiis, quos in potestate habet, & pro illis de familia, quibus prohibere potest, ne delinquant; Imò quidam volunt minitatem cogi posse ad cavendum etiam pro suis consanguineis affinibus, adhærentibus, amicis, familiaribus, complicibus, & similibus, inter quos est Bald. in l. fin. C. de Episc. & Cleric. Felin. in rubr. de treuga & pacen. II. Ob rationem quod si ad sint consanguinei, affines, complices, amici & adhærétes ejus de quo timetur, ne offendat partem cautio- nem de non offend. petentem, omnino necessarium sit, ut in cautione exprimantur, atq; ita justè timens securus red- datur; possit enim quis cautionem præstare, quod ipse non velit offendere, & tamen postea amicos consanguineos vel complices eò impellere, ut misas suas exequantur. Sed hæc ratio non est sufficiens; Nimis durum enim esset, ut quis co- geretur cavere pro eis, quibus non possit prohibere, ne de- linquant, homines enim cogere ad fidejubendum & ca- vendum est quid onerosum, argum. l. 2. §. 6. ff. de judiciis Sed si quis timeat à supra dictis personis offensionem, po- terit etiam ab ipsis separatim cautionem de non offenden- do petere. Communiter enim Doctores volum, minitato- rem non nisi pro eis, quibus prohibere valeat, cavere debe- re, Farinac. in prax. crim. q. 107. n. 27. sequutus Ripper dicit: quod quis cavere non teneatur, nisi pro filiis, aut aliis de- scendentibus, quos in potestate habet, aut pro illis de fami- lia, quibus quis prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis, non pro aliis. Porro n. 29. quod de consuetudine in statu Ecclesiastico receptum sit, ut quis non caveat pro amicis, adhærentibus & sequacibus, nec pro omnibus consanguineis & affinibus, sed pro illis tantum, qui tertio gradu, secundùm ius Canonicum computandum distant. Hoc de consuetudine etiam in Provincia Umbriæ & Picæni observari testatur Vulpell. in tract. de promiss. de non offendend. quæst. 83. n. 2. Et Lader. Imolen. conf. 208. n. 2. hanc o-

pinionem, nempe quod nemo teneatur cavere, nisi pro il-  
lis de familia, quibus quis prohibere potest, compulchrè  
comprobat & exornat, asseritque hanc communem  
constantissimamque omnium esse sententiam, quòd ne-  
mo teneatur cavere pro altero, nisi ei subjectus sit, ita ut  
valeat prohibere quando malè agat.

X V.

In quæstione est, an etiam Dominus servo præstare  
debeat cautionem de non offendendo? Et affirmatur:  
Si nempe servum nimis severè tractavit, & minis ad fugi-  
endum cœgit, tunc enim servus justam se liberandi & è  
servitio discedendi rationem habens, potest petere, ut do-  
minus humano modo eum tractet, vel ob sævitiae & malæ  
tractationis metum, verosimileque argumentum, quod  
ipsi præbuerint domini minæ, si potissimum requisitum, ju-  
stus nempe timor adest, judicis officium implorare potest,  
ut dominum ad cautionem de non offendendo sibi præ-  
standam adstringat, atque ita securitatem procuret, argu-  
mento l. i. §. 2 ff. de his qui sunt sui vel alieni juris l. 2. C. de ser-  
vis fugitivis l. i. C. de emendat. Serv. & l. 6. §. 2. ff. de offic. præ-  
sid. Mavius part. 4. decis. 19.

X VI.

Maritus etiam uxori justè timenti ob sævitiam &  
minas, vel ex alia causa, cautionem de non offendendo  
præstare debet, Anton. Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 6. n. 16.  
Panor. in cap. ex transmissa de Rest. spol. n. 1. & 2. Non tamen  
hic sufficit quælibet causa timoris, sed debet esse legiti-  
ma & justa. Si igitur uxor propter graviores minas  
sibi factas à viro, aut ex alia justa causa, ejus sævitiam, vel  
ab eo offendendi timeret, potest petere caut. de non offend. &  
tunc ne offendatur ab ipso viro, Judex non solum pro-  
videre debet de caut. de non offend. sed etiam interea de-  
bet poni in loco tuto, ut puta in domo alicujus honestæ  
mulieris, in qua vir uxori nullam possit inferre violen-  
tiæ,

nisi pro...  
mpulchre  
mmunem  
, quod ne-  
is sit, ita ut  
  
o præstare  
ffirmatur:  
is ad fugi-  
randi & è  
ere, ut do-  
ce & malæ  
um, quod  
isitum, ju-  
re potest,  
sibi præ-  
ret, argu-  
C. deser-  
offic. præ-  
  
iciam &  
endendo  
p. 6, n. 16.  
n tamen  
te legiti-  
es minas  
tiam, vel  
ffend. &  
um pro-  
nterea de-  
s honestæ  
e violen-  
tiam,

triam, usque ad decisionem causæ. Text. est in cap. extra trans-  
missa, de restit. spoliat. ibi verba: ipsam ei restitut faciatis,  
recepta tamen sufficienti cautione, quod illi non debeat ali-  
quod malum inferri. Et ibi gloss. in figuraione casus. vers.  
si vero Parif. consil. § 4. n. 38. Farinac. prax. crim. q. 143. tit. 16.  
n. 218. probare conatur hoc etiam procedere, quanquam  
timor offensionis proveniat culpâ ipsius mulieris, ut puta  
quia adulterium commiserit. Hanc materiam plenè  
tractavit, Card. Tusch. tom. 8. concl. 402. ut & Johann. Bor-  
cholt. conf. 16.

### XVII.

Neque mulieres excludendæ sunt ab hujus cautio-  
nis præstatione. Quanquam ratio in contrarium afferri  
possit, nempe quod ad hanc cautionem impetrandam  
non sufficiat quilibet metus, sed justus requiratur, justum  
autem metum viro constanti inferri vix posse, cum ar-  
mis & viribus, sine quibus vana dicitur ira, destituti sint,  
& l. 5. §. 3. ad leg. jul. Majest. cautum sit, quod mitior circa  
fœminas debeat esse sententia, quas pro infirmitate se-  
xus minus ausuras esse confidimus. Attamen consue-  
tudine contrarium receptum est, & mulieres quæ alicui  
hostiliter minatae sunt, non dimittuntur, nisi ejusmodi  
cautionem præstiterint, Carpz part. 4. const. 15: def. 8. Math.  
Berlich. part. 4. conclus. 22. n. 9. Dan. Moller. lib. 3. semestr. c. 29.  
ponit casum ubi responsum fuit, quod mulier quæ mi-  
nata esset cuidam oppido, tamdiu in carcere detineri de-  
beret, donec sufficiente in de non offend. caut. Senatui &  
ejus subditis præstitisset. Ejusmodi enim minas mulie-  
rum vanas semper non esse, integri sæpe pagi, igne ab  
illis injecto, in cinerem redacti, vel etiam beneficiis ab  
eis necati, qui vi & ferro non poterant, satis superque  
docuerunt.

### XVIII.

In dubio est, an etiam forensis debeat præstare hanc

B 3

cautio-

cautionem, si nempe iter faciat in eum locum, ubi domicilium habet is, cui minatus est, aut qui ex alia causa offensionem timet? Hic videndum est, an is, de quo timeatur, s̄apenumero ad eam eat civitatem vel locum, ubi timetur, an verò solūm pertranseat & rarissimè in eo loco inveniatur. Priori casu, si nempe s̄apenumero in eo inveniatur loco, & sic suspicio timoris immineret, utique cogendus est de non offendendo satisdare, *Hippol. in l. fin. ff. de jurisd. num. 120. Jas. in l. 9. C. de transact. n. 7. Petr. à Placa l. c. 7. n. 6.* Posteriori verò casu, si forensis rarissimè veniat in eum locum, ubi timetur, nec inibi fecit aliquid, propter quod possit conveniri, minimè eum judex potest compellere ad præstandam cautionem de non offendendo. *Bartol. in l. 52. ff. de judic. Hippol. & Petr. à Placa loc. ante citat.* Et hoc non sine ratione; Forensis enim, qui non est vagabundus sed solūm in itinere, & in eo loco, ubi de eo timetur, non conversari solitus, non facile inveniet fidejussorem, actor etiam regulariter sequi debet forum rei: igitur hoc in casu, potest is, qui timet, tam diu latere, quam diu durat transitus forensis. *Farinac. prax. crim. q. 107. n. 42. Bald. in l. 52 § fin. ff. de judiciis. Felyn. in rubr. de treug. & pace. in 4. declaratione.*

## XIX.

Ex hisce apparet, qui hanc cautionem de non offend. præstare debeant. Transeamus nunc ad illas personas, quæ eam petere possunt, & quibus præstari debet. Ii autem, qui justè timent, possunt officium judicis implorare, ut eos qui minati sunt, compellat ad præstandam caut. de non offend. *Bald. in l. fin. ff. de offic. præf. Bart. in l. 8. ff. de rerum divisione. Floria. in l. & quissimum in princ. ff. de usufruct. Andreas Gail. de pace publica l. 1. c. 2. n. 2. & Petr. à Placa. in epit. delict. c. 7. n. 1.* Afferit, hanc esse communis consensu receptam sententiam, quod si cuipiam illatus sit timor, de offendendo possit officium judicis implorare,

i domi-  
ausa of-  
uo time-  
um, ubi  
ineolo-  
ro in eo  
t, utique  
ol in l. fin.  
etr. à Pla-  
s rarissi-  
fecit ali-  
m judex  
e non of-  
r. à Placa  
s enim,  
n ecolo-  
n facile  
qui de-  
et, tam  
Farinac.  
s. Felyn.  
  
rare, ne eidem vis fiat, ex l. si super possess. C. de transact. Bart. in l. famosi. §. 1. ff. ad legem Jul. Majest. & in l. 4. ff. si cui plus quam per legem Falcid. Alexand. in Consil. 78. collect. 6. vol. 5. Angel. in l. 13. §. 3. ff. de damno infecto. Anton. Gomez. c. 6. delict. Paul. Paris. cons. 168. vol. 4. Jul. Clar. in pract. crim. l. 5. q. 47. n. 2. Non solum autem is, qui nullam adhuc injuriam passus est, sed solummodo injuriam ex justa causa timet, sed etiam is qui injuriam passus est, & illam postea vindicavit, ab offendo potest petere cautionem de non offend. Petr. à Placa loc. cit. Specul. in tit. de cant. divers. coll. 2. n. 9. Felin. in rubr. de treug. & pace. Hyppol. in l. 1. ff. de quæstion. n. n. 47. Bonif. de malef. tit. de pace n. 7.

## X X.

Is etiam, qui dubitat de suis consanguineis & descendentibus, ne offendantur amore sui, & ex eadem causa, propter quam ipse timet, potest petere cautionem de non offend. suos filios, familiares, domesticos, sequaces & similes, secus autem, si timeant ex alia causa, vel si ipsi occasionem inimicitiae dederint, tunc enim illi amici consanguinei & similes, ipsi & ex propria persona cautionem petere possunt. Farinac. prax. crim. quest. 7. art. 3. n. 25. Bart. in l. 6. §. 2. ff. de offic. pref. n. 5. Christin. comment. in leges Mechtl. tit. 4. art. 1. n. 3. Hanc cautionem autem petere non potest, qui causam timendi non habet, vel qui justum metum probare non potest; neque excommunicatus vel bannitus, Sebast. Guazz. tractat. ad defens. reor. def. II. cap. I. n. 8.

## X X I.

Hic quæritur, an etiam quis cogi possit ad præstandam hanc cautionem, si pars quæ petit sibi caveri, fuerit illa, quæ dedit causam inimicitiae; numquid poterit adversarius ei hoc objicere, & recusare illam præstare? sed hoc non obstante adhuc cogendus est, ut eam præstet, Ripa in rubr. de judic. post. n. 14. vers. præmissa etiam. Anton. Gomez. c. 12. delict. Jul. Clar. l. 5. sentent. q. 47. n. 4. Ratio est,

quia

quia hac in cautione potius inspicitur justus timor, quām  
causa rixæ, & semper in civitate eò tenditur, ut omnia  
sint pacata & tranquilla, Barth. in l. qui bona fide ff. de  
damno infecto. n. i. Christin. comm. in l. Mechl. tit. 4. art. 1. n. 7.

### XXII.

Evolutâ ita causâ subjectivâ, progredimur ad obje-  
ctivam, circa quam nobis sese exhibent causæ, minæ nem-  
pe & justus timor, ob quas hæc cautio locum sortitur. Qui  
autem cautionem de non offend. petit, ante omnia pro-  
bare debet, minas adversarii non esse elusorias, elusoriæ  
enim non sunt timendæ l. 4. ff. si cui plus quam per l. Falcid.  
l. 6. ff. quod metus causâ. Et vani timoris nulla est aestima-  
tio, l. 184. ff. de R. I. Requiritur igitur, ut verba à minita-  
tore emissâ sint reverâ minitatoria, quædamnum ali-  
quod injustum ac violentum denunciant, quæque justum  
offensionis & armorum metum etiam viro constanti  
inferre possunt, itaque excluduntur ejusmodi verba, quæ  
tam in bonam partem de vindicta justa, quæ fit median-  
te justitiâ, quām in malam partem explicari possunt. Ve-  
luti si quis scribat aut dicat alicui: Ich will mich an dir  
rächen / ich will es enfern / vel Ich will dirs gedencken / Ich  
will mit dir zu thun haben / es soll dich gereuen / das soll dir  
übel bekommen / und dergleichen / quæ verba quia tam in  
bonam, quām malam partem, accipi possunt, puta vel  
authoritate judicis, vel manu propriâ, pro minis non ha-  
benda, sed in bonam partem de vindicta, quæ fit per  
viam justitiae accipienda sunt. In dubio enim benignior  
interpretatio fieri debet, l. 3. ff. de his quæ in testam. del. l. 69.  
ff. de R. I.: Eodemque modo Scabinos Elect, prædicta ver-  
ba de vindicta, quæ autoritate judicis fit, intellexisse, &  
proferentem à præstanta cautione absolvisse testatur,  
Carpz. prax. crim. part. I. q. 37. n. 89.

### XXIII.

Aliter autem sentiendum erit quandoquidem ex  
perso-

quam  
omnia  
ff. de  
m. 1. 1. 7.  
ad obje-  
nem-  
tur. Qui  
nia pro-  
elusoria  
l. Falcid.  
estima-  
minira-  
um ali-  
e justum  
constant  
ba, qua  
median-  
int. Ve-  
an dir  
n/ Ich  
soll die  
am in  
uta vel  
non ha-  
fit per  
mignior  
del. 1. 69.  
sta ver-  
isse, &  
statur,  
dem ex  
perso-  
personarum qualitate, si nempe inimicus inimico, cum quo nulla lis judicialis est, vel qui minas manu sua exequi solitus est, minatur. *Mævius ad jus Lubecens. part. 4. tit. 16. art. 4. n. 14. Caroc. decis. 46. n. 6. Arumæns ad auream Bull. discurs. 6. thes. 17. In constit. Sax. part. 4. q. 36. tom. 2.* minæ describuntur, quod sint: Eine mündliche Absage und Beträufung/ die auf Zorn/ Bewegniß/ Trunkenheit oder dergleichen / und bisweilen durch Beschickung und Bewerhung geschehen/ veluti sunt, Man wolle einen erschlagen/ erschießen/ oder einen rothen Hahn auf das Haush sezen/ &c. His tamen verbis non accedere debent, talia signa quæ diffidationem faciunt, veluti literæ diffidatoriæ, carbones, papyrus cum pulvere tormentario & similia, quæ Brandzeichen dici solent, vel si ad minas factum aliquod accedit, quo persecutio extrema vitæ corporis, aut bonorum denuntiatur, & ex comminatione non uni homini, sed toti universitati impendat periculum. Qui enim tales emitunt diffidationes, non in simplicibus minarum terminis subsistunt, & ideo tanquam diffidatores, pacisque publicæ violatores poenâ capitis puniuntur, *Ord. crim. Carol. V. art. 128. ibi*: Wo dieselben an verdächtliche Ende / als obstehet / auftreten / die Leute bey ziemlichen Recht nicht bleiben lassen / sondern mit bemeldten auftreten von den Rechten und Billigkeit zu betrohen / oder zu schrecken sich unterstehen/ dieselben sollen mit dem Schwerde als Land zwinger vom Leben zum Tode gerichtet werden / unangesehen/ ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt hätten. Idemque dicitur, in *Ord. Provinc. Sax. sub tit. Muthwillige Beschädere per const. Elect. August. 14. p. 4. ibi*: diffidatores signis inflammationis affixis incendum minzantes, gladio puniri debent, nec refert, an diffidatores minas executi fuerint nec ne. Et *Bened. Carpz. part. 1. q. 37. n. 26. testatur, Scabinos hoc in casu sic pronunciasse*: So möchte wegen solcher seiner begangenen und bekandten Verbrechung und Beschädigung / auch daß er obangeregten Zeit-

tel mit der beigefügten verdächtigen Materien / nemlich  
dem Pulver und etlichen Schwefelkerzen dolosè und vor-  
sätzlich angeheftet / und also Innhalts der Thurfürstl.  
Sächs. Constitution, sonderlich aber vermöge der 14. part. 4.  
welche ausdrücklichen und in specie auf diejenigen / so  
Brandzeichen stecken und anhangen / mit gerichtet / und  
durch dieselbe die Thurfürstl. Landes-Ordnung gleichsam  
erkläret wird / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode  
gestraffet werden. V. R. W. ad consultationem praefecti Pe-  
gaviensis M. Septembris Anno 1616.

XXIV.

Magna itaque inter minas & diffidationes est dif-  
ferentia, in minis enim ratio, ob quam in diffidatores pœ-  
na gladii statuta est, deficit, ingens nempe metus ac ter-  
ror, qui per diffidationem universis, & communitati in-  
cutitur, *juxta art. 128. Ordin. crim. Car. V.* Cessante enim  
ratione alicujus dispositionis aut juris, ipsa dispositio at-  
que jus cessat, *Jason. in l. 32. ff. de Pact.* Secundò in rubr.  
*Const. Elect. 15. part. 4.* Manifestis verbis de ejusmodi ho-  
stilibus minitationibus, quæ nudis verbis fiunt, agitur, &  
licet ibi in nigro, expressis verbis non decidatur, quomo-  
do illæ minitationes verbales puniri debeant, tacitè ta-  
men in *d. Const. 15.* differentia inter minas & diffidatio-  
nes constituitur, ibique opinio eorum, qui inter verba  
minitoria, & inter diffidationes distinguebant, recen-  
setur & tacitè approbatur, *Matth. Berlich. part. 4. conclus.*  
*22. n. 21. Carpz. part. 1. q. 37. n. 71.* Si igitur signa diffidato-  
ria minis non accedunt, minitatores non gladio puniu-  
tur ut diffidatores, sed solummodo ad præstandam cau-  
tionem de non offendendo adstringi debeut; *Carpz.*  
*prax. crim. p. 1. q. 37. n. 67.*

XXV.

Cautio autem de non offendendo eo dirigi idque  
continere debet, quod minitor nonsolum ipsum Prin-  
cipalem & minitatum, sed & ejus familiam, aliosve ho-  
mines,

mines, de quibus timetur, & in petitione cautionis mentio fit, offendere nolit, Bart. in l. 6. §. 2. ff. de offic. Præf. n. 9.  
Ripa in rubr. ff. de damn. inf. n. 12. & 13. Fel. in rubr. de treug. &  
pac. n. 10. sub fin. vers. Farin. q. 107. n. 25. Pet. à Placa in epit. de-  
lict. c. 7. n. 1, & 2. Mindan. de mand. l. 2. c. 35. Berlich. p. 4. concl. 22  
n. 14. & hisce formalibus pronunciatur in Elect. Scabinatu: So  
ist N. N. wegen solcher Trauwort / derer er zur Nothdurft  
überführt/ genugsame Caution, sich an gleich und Recht be-  
gnügen zu lassen/ und weder wider N. N. oder die seinen /  
noch sonsten männiglichen nichts fürzunehmen/ zu bestel-  
len schuldig/ und ehe und zuvor solches geschicht/ mag er  
der gefänglichen Hass nicht entlediget werden B. R. W.  
Carpz. part. I. q. 37. n. 81. & 82.

## XXVI.

Is autem qui metuit, & per hujusmodi cautionem  
sibi suisque consulere vult, coram judice ordinario de-  
bet deducere rationes, cur ei illa concedi debeat, nempe,  
quod non sine causa timeat offendere ab adversario ejus-  
que adhærentibus: & simul probare minas, vulnera ver-  
beraque atrocia: vel ad minimum quod sibi minatus sit  
de recenti inferre damnum in personam vel in bonis:  
atroces enim minæ sufficiunt, consideratâ qualitate per-  
sonarum, si aggressor, vel ille, qui minas intulit, sit per-  
versæ conditionis & consuetus talia facere, vel si est for-  
tis & potens inferre alteri nocentum. Masverus in  
pract. forens. tit. 12. de Assuramentis. Mindan. de mandat.  
l. 2. c. 33. n. 19. Ut hinc inde auditis rationibus judex, sta-  
tuere queat, an postulanti jure meritoque ac justa ex cau-  
sa concedenda sit, vel non: Non tamen poterit deveni-  
re ad cautionem de non offend. priusquam imitator  
reus de minis fuerit confessus, vel convictus ad minimum  
per duos testes. Ita enim pronunciarunt Domini in causa  
N. N. zu Wurzen Mens. August. Anno 1630. verba sunt:  
Aber wegen der articulirten Betrauung mag wider ihn/  
weil er derselben/wie sichs gebühret/nicht überwiesen/nichts



vorgenommen werden / V. R. W. Carpz. *Jurispr. forens.*  
part. 4. const. 15. def. 9. n. 8.

### XXVII.

Imprimis autem demonstrare debet hanc cautionem petens, quod justus metus ad sit, & non vana suspicio, justus enim metus non presumitur, sed probari debet, l. 9. C. de his quæ vi vel metus causa. Paris. in Conf. 5. n. 168. Cravet. in Conf. 115. n. 13. Ratio à doctoribus redditur, quod si presumeretur metus, presumeretur etiam delictum, quod quidem presumendum non est, *Mascard. de Probat. Concl. 105. 6. n. 6. Alcia. in tract. de presumt. reg. 3. Gabriel in suis conclus. tit. de malef. Concl. 2.* Igitur ab eo, qui petit Caut. de non Offend. probari debet, demonstrando nempe qualitatem metum inferentis, quod erat potentior, severus, fortis, qui id quod minatus erat, re ipsâ exequi consueverat, quod minacem vultum, horribilem ac timorem incutientem gerebat, quodque præ se ferebat, cum minas pronunciaret, deinde etiam deducatur qualitas personæ, cui furerunt illatæ minæ, quod erat foemina, vel etiam si masculus fuerit, quod erat timidus, mitis, & cui facile terror incuti poterat, *Mascard. de probat. C. 105. 6. n. 7. Alvern. tit. 10. art. 1. n. 5. & 8. Cajus in l. metum, C. quod metus causa,* dicit eum esse justum metum, qui in Constantem Virum cadit. Sed adhuc ambiguum est quis nam justus metus dicatur, quia non omnes sumus unius conditionis, aliqui enim constantissimi sunt, quos nullum periculi, nullum tormenti genus terret, aliqui verò lepore pavido timidores, est & sexus & ætatis diversitas. Nam minor metus cadit in foeminam quam in virum, *Dec. l. in omnibus causis num. 3. Jason. in l. interpositas C. de transact. Paris. Conf. 26. n. 64.* Sic minor metus cadit in puerum, quam in virum, ut docet experientia.

### XXVIII.

Petr. Frider. *Mindanus de mandat. l. 2. c. 33. n. 7. Metum: tripli-*

triplicem esse ait: Puerilem qui & muliebris dicitur, pueros enim & mulieres, & qui similes iis animo sunt sæpè vanus timor levisque, qui à constante viro facile contemni poterat, percellit. arg.l.metum 6. & l. seq. ff. quod metus causa. Vbi recte quadrat illud Socratis ap. Stobaeum. Tonitrua pueros imprimis, insipientes autem & stultos mina territare. Vel reverentialis, qui ob reverentiam superioris, parentum vel dominorum infertur, Boër. quæst. 100. n. 11. Tertio est terribilis, qui omnes etiam constantissimum vel bene constantem terrere potest. Igitur ex personarum vel minarum qualitate quandoquidem erit justus metus. Si enim aliquis mortem minatus est, tunc verberum vel injuriarum metus, non erit justus metus appellandus, si autem verbera & injuriæ minatae sint, tunc etiam verbera vel injuriæ justè timentur.

### XXIX.

Casus tamen aliqui sunt, qui omnibus justum metum injiciunt, ut metus mortis, gravis vulnerationis, admissionis omnium bonorum, aut magnæ violentiæ, quis enim hominum erit, qui ejusmodi metum non vereatur. Sed quia hic semper personarum, minarum, & circumstantiarum ratio habenda, merito judicis arbitrio relinquitur, qui judicare potest, secundum personarum qualitatem, quis sit justus metus & sufficiens ad hanc cautionem obtinendam, Menoch. de Arbitr. Jud. Cas. 135. n. 4.

### XXX.

Regulariter autem hæc cautio præstatur fidejussoribus, & ita se semper vidisse servari, testatur Jul. Clar. l. 5. sentent. q. 47. n. 5. Felyn. in rubr. de trega & pace n. 10. Alter. in l. non est verisimile, in princ. ff. quod metus causa, Daniel Classen. ad const. crim. Car. 5. artic. 176. Carpz p. 4. const. 15. def. 8. Hic enim cautio sufficiens desideratur, per cautionem autem sufficientem intelligitur ea, quæ præstatur fidejussoribus, Petr. à Placa in Epitom. delict. l. 1. c. 7. n. 2.



*Farin. q. 107. art. 4. n. 36. Alexand. in l. 1. ff. qui satis dare co-*  
*guntur Gal. l. 1. Observat. 26. n. 6. & lib. 2 obs. 47. n. 4. Si au-*  
*tēm Fidejussores haberi non possunt, admittitur Cautio pi-*  
*gnoratitia, hæc enim Cautio etiam venit sub nomine*  
*sufficientis, & idonea est, interdum etiam cautio pigno-*  
*ratitia fidejussoria tutior. Petr. F. Mindan. de mandat. l. 2.*  
*c. 35. n. 2. Carpz. part. 4. const. 15. def. 6. Blumbl. in ord. crim.*  
*Car. V. art. 176. n. 1. & Dan. classen. ad dict. const. artic. 176.*  
*Cautionem pignoratitiam de consuetudine hodie admit-*  
*ti testatur.*

### XXXI.

In quibusdam etiam casibus juratoria cautio sufficit, si nempe reus neque fidejussores neque pignora invenire potest, & alias sit persona bona famæ & non suspecta, quamquam *Salgado de Somosa Part. I. cap. fin. n. 1.* vult probare cautionem juratoriam in causis arduis non admitti, etsi de paupertate & impotentia fidejubendi alias constet, & cum eo *Alexander in Conf. 168. n. 10.* Alii putant minitatorern ad omne periculum avertendum relegari debere, donec idoneam cautionem fidejussoriam nempe vel pignoratitiam invenerit, *Card. Tusch. tom. I. Conclus. 169. n. 13.* Et *Jul. Clar. l. 5. sent. q. 47. n. 5.* afferit, quod si reus cautionem idoneam non possit invenire, judicem illum cogere debere, ut exulet, neque excusatio paupertatis hoc casu esset admittenda, ob rationem; quod homines malæ vitæ & conditionis, quanto fint pauperiores tantò etiam promptiores ad delinquendum, cum non timeant confiscationem bonorum, quæ non habent.

### XXXII.

Sed neque hoc remedio minitato consulitur, & multo minus securus erit, quam si reus ad cautionem juratoriam admissus fuisset, juramento enim in conscientia obligatur. Et è contra qui interitum & mortem molitur, non facile relegatione coerceri poterit, quin malum propositum

positum exequatur. Imo ex hac causa relegatus, magis ad iram & vindictam commotus, multò studiosius eò laborabit, quo se ulsciscatur, & minas vel ipse metet vel per alium exequatur. Alii verò putant, hoc casu, quo metus & periculum avertatur, minitatem tam diu in carcere detinendum esse, donec idoneam cautionem invenerit ac præstiterit, post Moller. Carpz. part. I. q. 37. n. 93. ubi refert, militem quendam ante paucos annos, ob minas contra personam quandam Illustrēm ejetas, in arce Rochlensi in carcere, donec usque moreretur deten-  
cum fuisse.

### XXXIII.

Sed in tali casu res meritò judicis arbitrio commit-  
titur, ut ille pro diversa qualitate personarum & circum-  
stantiarum judicare possit, an cautio juratoria admit-  
tenda sit, vel an reus ad carcerem condemnandus sit  
Casus enim aliqui sunt, ubi cautione juratoria, mini-  
me minitato consuleretur, & nihilominus in offen-  
sionis periculo maneret, si nempe minitator, quamvis  
sit pauper, tamen persona multum suspecta, puta quando  
est rixosus, malæ conditionis & famæ, ad delinquen-  
dum promptus, & talis quod valdè timendum esset, ne  
offenderet, vel offendere faciet alterum, non obstante  
suo juramento & promissione: tales enim homines, ut  
plurimum, quanto pauperiores, tantò etiam ad delin-  
quendum sunt promptiores, cùm bonorum, quia nulla  
habent, jacturam non metuunt. Igitur rectè in carcere  
tamdiu detinentur, donec sufficientem cautionem de non  
offendendo invenerint. Si tamen tali casu, minitatus  
ipsemet minitatori aliquo modo indulgere, ejusque cau-  
tioni juratoria fidere velit, tunc certè præstito juramen-  
to minitator dimittendus est; cautio enim de non offendendo  
est jus partis, igitur absque dubio, minitato ita  
volente, cautio juratoria admitti debet, sic etiam Scabinos  
Elector. pronunciasse refert Carpz. prax. crim. part. I. qu. 37.

### XXXIV.

sdare co:  
Si au-  
autio pi-  
nomine  
o pigno-  
ndat. l. 2.  
rd. crim.  
rtic. 176.  
ie admir-

tio suffi-  
nora in-  
e & non  
fin. n. 1.  
uis non  
pendi a-  
o. Alii  
sum re-  
ssoriam  
tom. 1.  
afferit,  
ire, ju-  
culatio  
n; quòd  
uperio-  
im non  
ent.  
& mul-  
jurato-  
ntia ob-  
nolitur,  
um pro-  
positum



XXXIV.

Vel etiam si constet, quod minitator sit persona honesta, bona vita & fama, tunc si ob paupertatem neque pignora, neque fidejussores invenire possit, absque dubio ad cautionem juratoriam admittitur, uti recte afferit *Farinac. pract. crim. p. 3. q. 107. n. 38. Hercul. de Caut. de non offend. cap. 5. n. 11. Vulpell. in tract. de promissione de non offend. q. 77. n. 1. & 2. Dn. Stryck. de carc. ad costod. c. 3. n. 11. Matth. Belich. part. 4. concl. 22. n. 10. Matth. Coler. part. 2. concl. 132. n. 4.* ibique Wittebergenses ita respondisse testatur. Et hoc omni dubio caret, nam cautio juratoria affinis esse dicitur fidejussioni, quia saepissimè ejus vicem sustinet, & pro fidejussioni cedit, deficientibus reliquorum satisfactionum generibus *Cacheran. decis. 70. n. 2. Frid. Pruckman. consil. 43. n. 79.* Imò quidam volunt cautionem juratoriam etiam in criminalibus delictis, quae poenam mortis promerentur, locum habere, si nempe reus jurato prius edicit, se nec fidjussores exhibere, nec pignora offerre posse, *Dan. Classen. ad artic. 176. const. crim. Car. V.* & æquum est, ut is, qui fortè ex iracundiæ calore aut ebrietate minas effudit, quas exequi postea intentionem non habet, tamen ob alterius cautionem desiderantis petitum, quia ex paupertate, neque pignoribus, neque fidejussoribus cavere potest, in carcere tenetur, ad cautionem juratoriam admittatur, & sic aliquod medium inveniat, quo à carcere liberari possit.

XXXV.

Hic queritur si inter conjuges v. g. ob mariti saevitiam, vel etiam aliam ob causam dissidium oriatur, & periculum sit ne uxor offendatur, propterea que illa cautionem de non offendendo petat, an maritus ob defecatum facultatum juratoriam offerens, admittatur? Quidam negant, ob rationem, quod mariti saepè tanta sit saevitia, ut non ostante suo juramento, uxor absque discrimi-

crimine vitæ, cum eo tutò cohabitare nequeat, & alias  
fragilis sit cautio talium virorum, in quibus non major  
facilitas est in gratia reconcilianda, quam fides in recon-  
ciliata. Alii verò volunt cautionem juratoriam hoc in  
casu rectè admitti, & hoc fieri quandoquidem multæ  
appositione, si maritus cautioni contraveniat, *Rimi-*  
*nald. Consil. 81. n. 37. Innoc. in c. ex transmissa 8. de re-*  
*stit. spoli. Et Bidembach. prompt. connub.c. 5.q.1. hanc cau-*  
*tionem juratoriam in tali causa in Consil. Duc. Wirtemberg.*  
*Anno 1602. admissam refert. Tandem quidam dicunt, mul-*  
*tum hac in re prudentis judicis arbitrio relinquendum*  
*esse, qui secundum qualitatem personæ carentis, aliasque*  
*circumstantias, prudenter judicare poterit, An maritus*  
*juratam suam de non offendendo cautionem servaturus*  
*fit, nec ne? Præprimis, an uxor, cuius hac in re interesse*  
*potissimum subest, ei fidere velit, & probabiliter possit?*  
*Carpz. J.C. l.2. titt. 12. def. 219. Bardil. de separat. cohabit. §.*  
*26. D. Harprecht in disp. de cautione juratoria. Illud ve-*  
*rum est, quod si maritus alias esset vir bonæ famæ, &*  
*discretæ & honestæ vitæ, offendentesque leves & non ca-*  
*pitales præcesserint inimicitiae, tunc si revera non inve-*  
*niat fidejussorem, & hoc suo juramento afferat, erit lo-*  
*cus juratoriæ cautioni, quia ad impossibile nemo tenetur,*  
*& eò, in hoc casu potius videndum, ne matrimonia sine*  
*causa dissolvantur.*

### XXXVI.

Effectus cautionis de non offendendo est duplex, a-  
lius præstitæ, alius denique non servatæ: Effectus præsti-  
tæ est, quod quis debeat strictè servare omnia in hac cau-  
tione promissa, & hoc modo is, cuius gratia hæc cautio  
est præstita, sit omnino securus. Hic in quæstione est,  
per quantum tempus duret hæc cautio? Et diversæ re-  
periuntur opiniones: una est, hanc cautionem perdu-  
rare debere per triginta dies, *Alberic. in l. illitas l. §. ne po-*

D

sentiores

*gentiores ff. de officio Praef. n. 4.* Alia opinio est, quod hæ  
cautiones durent per totum tempus jus dicentis officii,  
& per aliquos dies postea, *Vupell. in tract. de promiss. de*  
*non offend. q. 78. n. 2. & 3. Petr. à Placa in Epitome delict. l. i.*  
*cap. 7. n. 4.* dicit, hanc cautionem perdurare debere per  
longum temporis spatium, nempe decennium. Sed ve-  
rior est sententia, quod hæc cautio per tantum tempus  
duret, per quantum constituta est, nisi partium consen-  
su tollatur, & regulariter stylus, & consuetudo locorum  
est observanda. Et quamvis istud tempus de consuetudi-  
ne observatum omissum sit, pro apposito tamen habetur.  
Si autem hæc cautio simpliciter & nullo adjecto tempo-  
re data sit, dubitaturq; an sit perpetuum, quia nihil de con-  
suetudine loci constat, in dubio perpetuum præsumitur,  
*Fason. in l. sufficit. ff. de conduct. indebiti.* Huic dispositio-  
ni etiam conformes sunt pleræque consuetudines Fran-  
ciae, teste *Paulo Christinæo, comment. in in consuet. Mechli-*  
*mens. tit. 4. artic. 6. n. 4.*

### XXXVII.

Effectus denique cautionis non servatae est, quod is,  
qui suæ promissioni contraveniat, afficiendus sit poena.  
Quidam putant hanc cautionem rumpi quacunque inju-  
ria ob quam legibus i 2. tabularum Aquilia aut Cornelia  
actio datur, *Paul. Christ. in consuet. Mechl. tit. 4. artic. 7. n. 2.*  
*Bero in consil. 202. n. 8. & n. 29.* Imo etiam tali facto quo  
corpus non læditur, neque tangitur v. g. si quis uxorem,  
sororem, vel filiam ejus, cui præstata fuit, cognoverit,  
vel foedera veneris cum eis contraxerit, *Petr. à Placa in*  
*Epit. delictor. l. i. c. 7. n. 10.* Quidam verò putant, quod  
hæc cautio rumpatur omni facto ad iracundiam provo-  
cante, quod sit injustum & punibile, *Bart. in l. licitatio. §.*  
*quod illicitè n. 4. ff. de public. & vectig. Paris. conf. 165. n. 4.*  
*l. 3. Corn. conf. 31. n. 6.* Alii dicunt hanc cautionem rum-  
pi omni offensione factaque punibili, qua corpus princi-  
paliter

quòd hæ  
s officiū,  
romiss. de  
delic. l.l.  
ebere per  
.. Sed ve  
n tempus  
r consen  
lcorum  
nsuetudi  
n habetur.  
t tempo  
il de con  
sumitur,  
ispositio  
nes Fran  
e. Mechli  
  
quòd is,  
it poena.  
ue inju  
Cornelia  
ic.7. n.2.  
cto quo  
uxorem,  
noverit,  
Placa in  
t, quod  
provo  
citat. §.  
165. n.4.  
m rum  
s princi  
paliter

paliter tangitur læditurque, vel etiam quod corpori inseparabiliter cohæret, prout sunt pili, unguis & capilli, *Vi-vi. decis. 368. n. 1.* excluduntque tale factum, ob quod solummodo actio præatoria data est, verbi gratia convitium propositum, carmen conscriptum, aut aliquod aliud factum in invidiam. Tandem asserunt, quòd omnes illi huic cautioni contraveniant, qui offenditionem qualem cunque, personæ, cui de non offendendo fuit promissum, inferunt: cùm hoc respiciat personam, quæ non potest offendendi, quin & ipsa cautio offendatur, dummodo fuerit offensa gravis, non levis: nam levis & parva offendio in tali cautione regulariter non videtur promissa, nec habetur in consideratione *Marsil. consil. 80. n. 31. cum seq.* & hoc modo excludunt offenditionem verbalem. *Farrinac. prax. crim. q. 107. art. 14. n. 192.* testatur communem esse opinionem, quòd per verbalem injuriam, offenditioni de non offendendo non contraveniatur, & *n. 195.* dicit: verbis injuriosis & contumeliosis non intelligi fratrem pacem seu cautionem de non offendendo, sed tantum de illis agi posse civiliter vel criminaliter ad injuriarum æstimationem, & ad poenam.

### XXXVIII.

Sic etiam excludunt offenditionem, quæ fit in rebus, *Hier. Gabriel. conf. 171. n. 3. l. i.* Et consequenter nec per furtum, aliamve ablationem rerum, quæ pro levi offensa habenda, dictæ cautioni dicitur contraventum, cùm ex tali ablatione offendio in personam non resultet. Ad quod optimè facit textus in *l. 3. §. fin.* & *l. 4. ff. de adim. leg.* ubi probatur offensâ fideicommissum revocari, si tamen offensa fuerit levis, manet fideicommissum, & *Anton. Silv.* in tract. de minis, latè demonstrat, levia & minima nihil operari; quod & *Bertaz. conf. 147. n. 18.* in casu cùm quis percusserat pallium alicujus, consuluit.

D 2 Sed

### XXXIX.

Sed quo possit cognosci, an cautio rupta sit vel non, duo potissimum consideranda sunt: primò, quibus terminis vel verbis cautio præstata concepta sit, & quæ contrahentium fuit mens, exinde enim eorum promissio regulari debet. Si igitur cautio fuit præstata sub verbis, quod quis non velit offendere in personam, tunc cautio de non offend. non rupta censetur, nisi corpus principaliter tangatur vel lædatur. *Bart. in l. licitatio §. quod illicitè de Publ. & vectigal. n. 5.* Si verò quis promiserit non offendere personaliter aut non offendere personam sub verbis universalibus, ut puta non offendere directè vel indirectè, quoquo modo vel quolibet, aut his similibus: Cùm enim hæc verba quoquomodo importent omnes modos excogitabiles, dicendum est, hoc modo offensionis appellatione venire quamcunque offensionem, & non posse excludi levem vel verbalem offensam, itaque cum aliis asserit *Grat. resp. 44. n. 12.* in casu in quo fuerant apposita verba, *aliqua ratione vel modo*, & sic non solum eam, quæ in personam, sed etiam eam, quæ personæ seu personaliter illata est, omnemque offensionem provenientem ex actu provocante ad iracundiam & punibili, intelligi, & hoc tum ut prædicta verba aliquid operentur, tum etiam ob proprietatem ipsorum verborum universalium, quæ apta sunt comprehendere omnes causas, qui sub nomine offensionis continentur, tam strictè, quam latè, tam propriè, quam impropriè, *Claud. in addit. ad Bertaz. cons. 147. in fin. addit. Farinac. qu. 107. n. 157.*

### XL.

Secundò videndum est, qualis fuit causa, ob quam præstata est caut. de non offend. Si igitur ob minas mortis, vel gravis læsionis timorem inferentes, præstata fuerit, tunc non levi offensâ vel injuriâ verbali rumpitur, sed solummodo tali offensâ, quâ corpus principaliter tangitur

gitur vel lœditur , si verò inter cautionem præstantes  
tantum intercessissent leves offensiones, & cautio illarum  
occasione fuisset præstata , tunc etiam levi offensa rum-  
pitur , quia cautio ejusmodi videtur habere relationem  
ad offensas præteritas , quarum causa fuit præstata , quæ  
cùm leves fuerint , conventio , sive cautio etiam levi of-  
fensâ rumpitur , cum relatum contineatur in referente ,  
*Bart. in l. servum. §. fin. ff. delegat. & l. i. ff. de cecept. Mascard.*  
*de Proo. vol. 3. concl. II. 37. n. 7.*

#### XLI.

Differentia etiam habenda est inter personas , qui-  
bus præstata fuit cautio , & qui eam præstiterunt , si enim  
persona , cui fuit præstata , sit nobilis vel eximiæ conditio-  
nis , aut talis persona quæ militiam exercet & profitetur ,  
tunc etiam levi offensa vel injuria verbali magnoperè of-  
fenditur . Ideo hic qualitas personæ omnino est consi-  
deranda , clarum enim est , quod etiam levis offensa quan-  
do circumstantiis aggravatur , ut puta quando facta fue-  
rit personæ nobili vel superiori , pro gravi sit habenda ,  
offensamque ex facti & personarum qualitate , qualita-  
tem assumere , quæ enim in rustico pro modica habetur ,  
in nobili dicetur maxima .

#### XLII.

Sequitur nunc , qua afficiendus sit pœna huic cau-  
tioni contraveniens vel illam frangens ? A *Farinae. q. 107.*  
*artic. 7. n. 78..* plures referuntur opiniones , circa pœnam  
frangentis cautionem de non offendendo . Communis  
tamē est , quod hæc pœna sit arbitraria & juxta facti & per-  
sonarum qualitatem , extra ordinem , judicis arbitrio in-  
fligenda , hoc quidem procedit quoad pœnam in quam  
reus , à judice ob Jurisdictionem violatam condemnari  
potest . Pœna autem conventionalis , inter partes pro-  
missa , juxta formam cautionis & instrumenti , à fran-  
gente cautionem exigitur , & non confunditur , cum pœ-

na principalis delicti, cum quo cautio fracta est, si enim reus aliquem vulneraverit, tenetur de vulnere, si autem occiderit, tenetur etiam de homicidio, & quomodo offendens sine cautione tenetur ad poenam legalem, ita & cum cautione, pro contemptu judicis & propter viлатam fidem, judicis arbitrio puniendus erit, *Menoch. l. 2. casu 335. n. 3. de Arbitr. jud. n. 3. de Arbitr. jud. n. 3.* *Gigas tractat. de crimin. lesæ Majest. l. 1. quest. 33. n. 2.*

XXXXIII.

In quæstione est, an quis ex nova causa alterum offendens, frangat cautionem de non offendendo, & sic poenæ conventionalis reus fiat? Quòd negatur: Si modo offendens possit probare, novam causam, demonstrando nempe dictum aliquod vel factum offensi, ex quo offendens ad iracundiam moveri potuerit, & hoc probare potest semiplenâ probatione, per unum testem asserentem, quod quis motus fuerit, ex nova causa vel ad offendendum, testibus de auditu, vel etiam juramento, *Farinac. q. 107. n. 428. & seq.* etiam relatione alicujus viri fide digni asserentis, quòd unus paciscentium, facto aliquo illico, alterum ad iracundiam provocaverit, *Paris. l. 4. cons. 165. n. 29.* Quandoquidem etiam ex novis circumstantiis præsumitur nova causa, quando scilicet constat de aliquo dicto vel facto offensi, ex quo offendens ad iram moveri potuerit, porrò quando fuit illata diu & per multos annos, postquam facta fuerit amicitia, vel si offendio provenit ab eo, qui etiam primo loco offenderat. Non enim præsumitur, quòd qui semel offendit, alterum sine causa iterum offendere velit, *Farinac. d. loc. art. 33. Nicol. Mor. de fide treg. & pace q. 113. n. 3. Eug. cons. 82, n. 22. Hippol. Riminald. cons. 299. n. 32.*

XLIV.

Sed nova ista causa non debet esse fatua, vana, levius & ex ira injusta proveniens, sed debet esse probabilis, provo-

provocans, & quæ offendentem facile ad iracundiam  
movere potuit, e.g. si aliquis tractetur verbis injuriosis, al-  
tercatoriis, diffamatoriis, sive hæc fiant in faciem, sive ab-  
sente offendente, modo possint ex relatione alicujus vi-  
ri fide digni probari, vel etiam si quis offendatur in bo-  
nis, aut in sua possessione, *Cephal. l. I. cons. 35. n. 14. Paris.*  
*cons. 165. n. 29.* & plures adhuc casus referuntur à *Farinac.*  
*q. 107. art. 34. n. 476.* In ambiguo est, an etiam is, qui  
ex causa erronea alterum offendit, pœnæ conventionali-  
bus reus fiat? & *Resp.* quod si illa causa erronea, si vera  
fuisse, vana, levis & non justa fuisse, tunc omnino ex ta-  
li causa offendens incidit in pœnam promissam, si verò  
ista causa erronea, si vera, fuisse talis, quæ alterum faci-  
lè ad iracundiam movere potuisset, tunc pœnæ conven-  
tionalis reus non fit, uti hoc probat *Mascard. de Probat.*  
*conclus. n. 1137. n. 31.* & rem sequenti declarat casu: si quis  
dixisset *Titio cum quo Sempronius cautionem habebat, quod*  
*idem Sempronius offendit fratrem ipsius Titi; comprehensum*  
*in cautione, cum id verum non esset, & Titius non inspiciens,*  
*an id aliter verum esset, arrepto gladio Sempronium offen-*  
*dit, & neque hoc in casu ruptam censi cautionem de non*  
*offendend. Hujus axiomatis hanc rationem adfert: quod*  
*cautio de non offend. non rumpetur, nisi offendio fiat*  
*animo offendendi, sed iste non habebet animum offendendi,*  
*nisi eo casu, quo verum esset fratrem esse offendsum:* igitur cum fuit repertum, fratrem non esse offendsum,  
& offendio facta propter eam causam, dicitur fuisse  
præter voluntatem offendentis.

#### XLV.

Nunc videndum restat, quomodo extinguatur cautio  
de non offendendo: quod regulariter fit factâ pace & a-  
amicitia inter eos, qui cautionem præstiterunt, extinctâ  
enim inimicitiâ, extinguitur etiam cautio, quæ propter  
inimicitiam data erat: ratio, quia cessante causâ cessat  
effectus.

effectus. Quandoquidem etiam judex ipse factâ amici-  
tiâ inter partes quæ sibi caverunt, aut si non amplius justi-  
timoris causa adest, tempus cautioni ponit, *Jac. Menech.*  
*de arb. jud. l. 2. cap. 141. n. 2.* Si verò aliquis fuerit coactus  
ad præstandam caut. de non offend. absque justa causa, vel  
falsa aliqua suspicione subsistente, poterit petere dictam  
cautionem aboleri & cassari, imò tali casu, quia initio sta-  
rim nulla est, quia sine causa data fuit, non poterit prætendi  
fractura hujus cautionis, & is qui cautionem præstítit,  
poterit semper opponere, cautionem fuisse metu ac sine  
causa, vel falsâ aliquâ suspicione extortam, igitur exinde  
non oriri actionem ad pœnæ conventionalis ex-  
actionem, *Prosper. Farinac. prax. crim.*

*q. 107. art. 2. n. 21.*

F I N I S.



orhec  
eines  
ndern  
zil se  
ercls,  
id an  
n sol  
nhalt  
mehr  
ng zu  
uiffte  
abina.  
& Jo-  
holof.  
zat.





00 A 6305

(1)



VORP

10.2001 fJ.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-537663-p0040-4

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G



## O. INAUGURALIS DE IONE DEFENDENDO,

*Quam  
adjutus auxilio,  
ATE ET DECRETO  
nplissimi & Consultissimi  
rum Ordinis,*

*Vta & Celeberrima  
RUM ACADEMIA,*

*Pro  
UTROQUE JVRE  
Privilegiis Doctoralibus  
niterque obtainendis,*

*Anno M DC LXXXVII.  
orum Examini submittit*

**D. LINDNERVS**  
*Lipsiensis.*

*Horisque consuetis.*



*BRIS JACOBI BERTSCHI.*

2